



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXXXVI. De Combustione Castri Colayne & desolatione territorii
Junigedae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CCXXXVI.

De

Combustione Castri Colayne & desolatione territorii Junigeda.

Anno Domini MCCXCI. circa Purificationem B. Mariæ Fr. Bartoldus Bruhane commendator de Kunnigsberg & plures fratres cum M. & quingentis viris transeuntes castrum Colaynam, & inuenientes ipsum vacuum combusserunt. Quo facto procedentes territorium Junigeda rapinâ & incendio molestabant. Ita quod præter alia damna septingenti capti sunt homines infidelium & occisi.

CAP. CCXXXVII.

De

Ædificatione Castri Junigeda & destructione Castri Mederabe.

Eodem anno in festo Pasce Lethovvini ædificaverunt in eodem territorio Junigeda Castrum, vocantes ipsum eodem nomine, quod frater Bertoldus prædictus intelligens, cum mille viris de Sambia accedens, dictam ædificationem voluit impedire, sed non valuit præ multitudinem infidelium resistere, & ne omnino in vanum laborassent, fratres diverterunt iter suum versus castrum Mederabam, de quo Christi fideles multa incommoda passi fuerunt, & expugnantes illud potenter, captis & occisis omnibus, ignis incendio funditus cremaverunt.

CAP. CCXXXVIII.

De

Mirabili conventionem cujusdam.

Hoc